5

S. D. Reverende et carissime pater etsi
certo scimus et Ecclesias harum terrarum &
nostram familiam curae fore domino nostro Jesu
Christo, tamen ut sunt humani animi imbecilles
& languidi, expavescimus & trepidamus ad ingruentium
periculorum, et ingravescentium in dies singulos
publicarum calamitatum conspectum. profecto misera
est harum terrarum facies; vagantur in agris
milites gregatim & hostiliter grassantur, in
urbibus cives a suis, quos suo sumptu fovent
& sustentant, hospitibus tuti non sunt, in vicinis
oppidulis aliquot petulanter interfecti a militibus
certo confirmantur, quod postulantibus, quae non
habuerunt, praebere ad turpem luxum recusarunt.
non fere extra moenia tuto quisquam egreditur.
Et instare fatalis mutationis inusitata, quae
quottidie accidunt, prodigia arguunt, proxima
die Lunae quae fuit 15 februarij, aliquot loca
circa oppidum Belitz, fulmine tacta feruntur
mane ante solis exortum, tonitrua nos vesperi
hic exaudivimus, conspeximus & fulgura frequentia
ac terribilia eodem momento. paulo ante
13 februarij similis tempestas terruit incolas
oppidi Oschatz, ubi cum tonitrua desiissent
& fulgetra conquievissent, imbres effusi sunt
impetuosissimi ignis permixti sparsim radijs, ijsque
confertis ac frequentibus. haec quid designent misero
frustra non fieri mihi persuasissimum est.
Nos operas scholasticas, quas possumus sedulitate,
dum conceditur urgemus. ego praeter Arithmeticam et
+ sphaeram de consilio academiae enarro commentarium
de anima in maxima auditorum frequentia
cum nulla alioqui sit physica lectio ...

Palestinae Tilemannus expressit exemplaria
sexaginta, et pauca dimidio, emitur a paucis
esse pretio aestimant, quod plerique etiam necessarijs
ad quotidianum victum subsidijs destituuntur,
suasimus ut exemplum unum coloribus distinctum
et expolitum senatui donet Norico, quod si
faciendum suaseris imbibimus ut ad te mittat,
si dissuaseris dehortabimur eum a proposito.
Familia nostra recte valet. precor deum
et dominum nostrum Jesum Christum ut
adsit tibi, et cum certum sit non quiri
ab adversarijs emendationem Ecclesiarum et
restitutionem verae et salutaris doctrinae
te ab illorum colloquijs procul abducat,
et his reddat scholis et Ecclesijs, ~~ubi~~ in quibus nostra
plus navare possit atque efficere, quam
in illo pollutissimorum hominum coetu prophanissimo,
aut si meretur harum terrarum ingratitudo,
ut te semel amotum rursus aspiciant, aut
tantis fruantur beneficijs, quanta per te praestitur,
eo saltem transferat, ubi tamen vicinis Ecclesijs
diu servire possis. Vale 18 februarij
Salutat te domus tota. filia literas mittunt

Saluta collegas tuos et
in primis Reverendum
D. Abbatem

Caspar Peucerus

Assidebat filiola exaranti mihi has literas
ad lucernam, et hilarissima erat, ~~incipit~~
meditatur esse affabilis quare hunc nobis
aliqua ex parte desiderium tui, quo profecto
afficimur maximo.

DSI

z.

Clarissimo viro
D philippo mes
lanchoni patri
suo reuerenter
colendo.

28 April. 1593.

S. D. Amplissime Vir, Patrone reuerenter colende,
quod inter cruciatus etiam arthriticos non oblitus eris
mei gratiam A. T. debeo summam ac perpetuam.
Respondeo tardius et ego vicissim, partim penuria
illorum, quibus tuto committā literas, partim culpa
meae imbecillitatis, quae cum aetate ingrauescit.
Sperabam reuersus ex carcere saeculum priore tran
quillius ac beatius, sed in illud me incidisse experior,
quod praedixit Paulus. Erit tempus cum sanam
doctrinam non tolerabunt, sed auribus prurientes,
ipsi sibi pro suis cupiditatibus coacervabunt
doctores. Et a veritate quidem aures avertent,
ad fabulas vero convertentur. Erunt eo tempore
homines sui amantes, avari, gloriosi, superbi,
calumniatores,
maledici, ingrati, impuri, inimici, astorgi,
habentes formam pietatis, sed qui vim eius abne-
garunt &c. Tales nunc et in me experior,
et in eo loco dominari, quae fuit prima repur
gatae doctrinae sacra sedes, et officina sapientiae
politicae ac philosophicae vehementer doleo. Sed
ex praedictis spiritus sancti fatales poenas agnos
co ac mutationes, quas a sana epitasi in
catastrophen tristissimam cum ruina Ecclesiarum,
scholarum ac politiarum desituras esse valde
vereor, repetens historias veterum Asiae et
Addo et Graeciae, Aphricae, quae olim floruerunt Ecclesijs et
studijs. Nunc vero per annos mille Mahometicae
blasphemiae ac tyrannidi seruiunt, quam ut
Deus a Germania avertat ac depellat, votis
ac gemitibus assiduis precor. Quae in vicinia
nostra fiunt, ea non dubito Ampl. T. cognoscere
ex literis aut sermonibus hominum fide dignorum
Ego illa vulnera quae humanis consilijs ac remedijs

sanari non posse, video me attrectare
me irritari volo. Quinetiam, si qui
sunt unguis in ulcere, me lacessere non
dubijs toti orbi notis designarunt, qualis
est Huberus quidam, qui inter alios
quos atrocibus iniurijs non minus quam
me afficit, extremum periculum me
proclamat, pro ijs, quae tantis certamini-
bus, inter tanta pericula, miras, exagitationes
solo divino auxilio superavi, scelestum
esse hominem affirmans omnes. Sed patronos ha-
bet potentes. Quid faciam ergo? Consilio
mihi opus est. Ut timere hac mea aetate cum
insano et mendaci homine fracto patrocinij
cum potentia congrediar? Peto et ab A.T.
eius consilium, et deliberabo cum Deo et
amicis. Nolim enim aliquid me indignum
acerbitate responsionis in aperto et
omnibus noto mendacio admittere. Non
silebo tamen. Sed licitas vias experiar, legitti-
mas, non iudicijs, quae nulla amplius sunt, privata,
sed ordinis. Venio nunc ad mea, et affero
A.T. querelam magno meo cum luctu et
dolore de obitu Doctoris Johannis Casparis
Neuij medici vitis scholarum praeclaro,
qui reliquit filiam illam meam Martham iterum
viduam in exilio. Cogitavi de reducenda
ea in has terras. Sed cum librariam suppel-
lectilem patris servari velim a filio Hierony-
mo eadem, quem ex A.T. litteris intellexi doctri-
nae medicae cupidum ac studiosum esse, et
matri opus sit consilio et auxilio praesenti,
reverenter et obnixe A.T. oro, ut potesta-
tem filio Hieronymo faciat proficiscendi ad
matrem, et explorato statu illius vel deducendi

in has terras, vel constituendi cum ipsa de
suis rebus, ac librariam supellectilem ad se
recipiendi. Alterum fratrem Casparum adiun-
gerem illi, sed minus ad politica idoneus mihi
videtur, etsi alioquin egregia et doctrinae et
pietatis suae testimonia habere Heidelbergae
ab omnibus. Confido me hoc ab A.T. non difficul-
ter impetraturum. Maluissem et ego Hieronymum
praetulisse medicinae iuridicam, in qua ei iudicio A.T.
assentior, sed fortasse et natura, et maiorum
exemplo ad hoc studij genus magis ducitur.
Dabit illi itaque veniam A.T. Ego medicinae
eum destinaram alterum, sed ille nil veritus
rabiem et virulentiam et insaniam Theologo-
rum, maluit Deo servire doctrinae coelestis
propagatione, in qua proficit pro aetatis conditio-
ne plus opinione praeceptorum, et eundem eorundem testimonio. De mea erga
Rempub. vestram affectione singulari, pro-
pensaque pro ea sollicitudine, re doceri
quam verbis testari malo. Virum clariss.
D. Doctorem Strasburgium cum pietate non
ficta, non hypocritica: cum iuris scientia, sapien-
tia politica, iudicij rectitudine, iustitiae amore, insig-
ni candore etiam, sinceritate ac moderatione excel-
lentem, Reipub. vestrae magno usui et ornamen-
to fore mihi certo persuasum est. Tales hinc
eijciuntur. Ac qui adhuc supersunt metuo. A.T.
illum reverenter et accurate commendo.
Postremum illum mihi ac vicinia animum habui.
Nunc orbatus omnibus quam miseram vitam
agam A.T. aestimet, de cuius mutatione cum
admoneor ab amicis, aliam me nosse nullam
respondeo, neque expectare, quam quae me beata
ac laeta migratione duratque ad complexum filij Dei Domini
nostri Jesu Christi in coetum et consuetudinem beatorum.
Bene et feliciter valeat A.T. cui cum Repub.
et Ecclesia urbis vestrae prosperitatem et tran-
quillitatem stabilem ac diuturnam precor, cum in
hac ora ad seditiones videantur spectare omnia.
Datae 28 April. Jul. Ao 93

Caspar Peucer
D.

14.

D. Gasparus Peucerus 11 May 93

Amplissimo Viro
sapientia, virtute &
dignitate excellenti
D. Hieronymo Bom
gartnero Duumviro
Reipub. Nor[illegible]
patrono suo veneran
do.

L.B. 39758

DSI

Peucer   ᴧ = ti   ᴧ = ~~[illegible]~~ci   ᴧ' = ce

Prof. d. Math. u. Med.. ~~[illegible]~~ des Krypto-Calvinismus sächsisch 1574–86 eingekerkert. Brief wegen ... zu Zerbst.

S. D. Reverende & carissime pater. Etsi | certo scimus |
et ecclesias harum terrarum & | nostram familiam curae
fore domino nostro Iesu | Christo, tamen | ut sunt humani
animi imbecilles | & [matt] languidi | expavescimus & trepidamus ad
ingruentium | periculorum, & ingravescentium in dies singulos |
publicarum calamitatum conspectum. profecto misera |
est harum terrarum facies, vagantur in agris | milites
gregatim & hostiliter [drauf los gehen] grassantur, in | urbibus cives a
suis, quos suo sumptu fovent | & sustentant, hospitibus
tuti non sunt, in vicinis | oppidulis [irgend] aliquo [frech] petulanter
interfecti a militibus | certo confirmantur, quod postulantibus,
quae non | habuerunt, praebere ad turpem luxum recusarunt. |
non fere extra moenia tuto quisque egreditur. | Et instare [eindringen]
fatales mutationes | inusitata, quae | quotidie accidant,
[verschiedene Zeichen] prodigia arguunt, proxima | die Lunae quae fuit 15 februarii, aliquot loca | circa oppidum (____), fulmine tacta
feruntur | mane ante ~~solem~~ exortum, tonitrua nos Witebergae
exaudivimus, conspeximus & fulgetra frequentia |
ac terribilia eodem momento, paulo ante | 13. Februarii similis
tempestas terruit incolas | oppidi Oschaz, ubi cum tonitrua
[nachgelassen hatten] desiissent | & fulgetra conquievissent, imbres effusi sunt |
impetuosissimi igneis permixti sparsim radiis, iisque | [dicht] confertis
ac frequentibus. haec quid designent nescio. | frustra non fieri
mihi persuasissimum est. |
Nos operas scholasticas, qua possumus sedulitate, | dum conceditur
urgemus. ego praeter Arithmeticen (& sphaeram) [illegible] | de consilio academiae (3)
enarro commentarium | de anima in maxima auditorum frequentia |
cum nulla alioquin sit physica lectio.

Valestinae ~~Tilemannus~~ expressit exemplaria | sexcenta, & pauca divendidit, emitur a paucis | etsi parvo aesti, mat, quod plerique etiam necessariis | ad quotidianum victum subsidiis destituuntur, | suasimus ut exemplum unum coloribus distinctum | et expolitum senatui donet Norico, | quod si | faciendum suaseris iubebimus ut ad te mittat, | si dissuaseris dehortabimur eum a proposito. | familia nostra recte valet. precor deum | & dominum nostrum Jesum Christum ut | adsit tibi, & cum (ce?) sic non queri | ab adversariis emendationem ecclesiarum & | restitutionem verae & salutaris doctrinae | te ab illorum colloquiis procul abducat, | & his reddat scholis & ecclesiis in quibus vox | tua plus (narrare) potest atque efficere, quam | in illo pollutissimorum hominum coetu prophanissimo. | aut si meretur harum terrarum ingratitudo, | ne te semel amotum rursus aspiciant, aut | tantis fruantur beneficiis, quanta per te praestitum, eo saltem transferat, ubi tamen utiliter ecclesiis | diu servire possis. vale 18 februarii salutat te domus tota. filiae literas mittunt.

Saluta collegas tuos & inprimis Reverendum d. Abbatem

Caspar Peucerus

[illegible] (patri suo reverenter colendo)

Assidebat filiola exaranti mihi has literas ad lucernam, & hilarius (ita?) erat meditatur esse affabilis quare lenit nobis aliqua ex parte desiderium tui, quo profecto afficimur maximo.

AUTOGRAPHE

de

Peucer

Kaspar

OBSERVATIONS

1) L.a.s. 3 p.fol. /Lat./, /Dessau/, 28.4./1593, mit eigh. Adr. an Hieronymus Paumgartner, Nürnberg. Ungemein interessanter und wichtiger Brief. Im Jahre 1586 war Peucer nach zwölfjähriger Gefangenschaft aus der Haft entlassen, in der ihn der Kurfürst August von Sachsen gehalten hatte. Der vorliegende Brief enthält viele Andeutungen an diese Leidenszeit Peucers, der auch Verschiedenes in kirchlichen und persönlichen Angelegenheiten berührt.
Sehr selten. Wichtiger Beitrag zur Reformationsgeschichte und zur Kenntnis der cryptocalvinischen Streitigkeiten.

2) L.a.s. 2 p. fol. /lat./ o.O., 18.Februar /1552/, mit eigh.Adr. an seinen Schwiegervater Philipp Melanchthon. Spricht zuerst von d. Sorgen wegen der öffentlichen Unsicherheit in Stadt und Land und erwähnt merkwürdige Gewitter der letzten Tage. /Imbres igneis permixti radiis = Nordlicht ? / als üble Vorzeichen. Erzählt dann, dass er ausser über Arithmetik, Sphaera auch de Anima liest, dass Tilemann mit seiner Karte von Palästina keinen Absatz findet und ein schön koloriertes Exemplar dem Nürnberger Rat schenken möchte. Schliesslich gibt er nebst Familiennachrichten dem Wunsch Ausdruck, Melanchthon möge nicht mit so unwürdigen Gegnern disputieren, sondern sich wieder den Schulen und der Kirche widmen.

1./
P e u c e r, Kaspar.-Prof.ord. erst/1554/d.Mathematik und dann /1559/ d.Medicin an d.Univ.zu Wittenberg bis 1574, wo er, des Krypto-Calvinismus verdächtig abgesetzt und bis 1586 in Dresden, Leipzig u.Rochlitz harte, Gefangenschaft zu dulden hatte, darauf fürstl.Leibarzt in Zerbst. Melanchton's Schwiegersohn/Ott/J/Wd/,
geb.1525, Jan. 6,Bautzen,
gest.1602, Sept.25,Dessau.
Elementa doctrinae de circulis coelestibus et primo motu,8°,Viteb 1551,1553,1563,1576, Commentarius de praecipuis divinationum generibus,Ib.1553,1572.-De dimensione terrae et geometrice numerandis locorum intervallis ex doctrina triangulorum sphaericorum,8°,Ib.1554,1579,1587.Logistice astronomica hexacontadon et scruppulorum sexagesimorum quam algorithmum physicalium vocant,regulis explicata etc.4°,Ib.1556,1561,Hypotheses astronomicae,s.Theoricae planetarum ex Ptolemaei et aliorum veterum doctrina,ad observationes Nicolai Copernici et canones motuum ab eo conditos,accommedatae,8°,Ib.1571.-Medicinisches.